

TRACTATUS TERTIUS

DE EUCHARISTIA

CAPUT I.

De Essentia Eucharistiae.

DUBIUM I.

Quid sit Eucharistia.

189. *In quo constituatur sive consistat essentia Eucharistiae.* — 190. *Vide resolutions apud Busenbaum circa rationem specificam et numericam hujus sacramenti.* — 191. *Qu. 1. An tota ratio specifica Eucharistiae salvetur in alterutra specie.* Qu. 2. *Unde sumatur unitas numerica Eucharistiae.* — 192. *Qu. 3. An Eucharistia sit necessaria ad salutem necessitate medi.* — 193. *Qu. 4. An Eucharistia sit necessaria adultis ad vitam spiritualem conservandam.*

Euchari-
stia, quid.

189. — « Resp. Est sacramentum Cor-
« poris et Sanguinis Christi sub speciebus
« panis et vini, ad spiritualem animae re-
« fectionem divinitus institutum. — Ita
« communiter scholastici.
« Unde resolves sequentia:
« 1º. Tam species consecratae quam
« Corpus et Sanguis Christi intrinsece et
« essentialiter constituant hoc sacramen-
« tum. — Adeoque falsum est quod docuit
« Waldensis, Corpus et Sanguinem Christi
« esse totum sacramentum. Ratio: tum
« quia Tridentinum docet Corpus et San-
« guinem contineri hoc sacramento; tum
« quia, quatenus continetur, non est sen-
« sibile. — Item falsum est quod docent
« Marsilius et Sotus ^{a)}, solas species con-
« stituere hoc sacramentum: tum quia
« Eucharistia est cibus coelestis; tum quia
» adorari debet latraria, ut docet Tridenti-
« num ^{b)}. »

In quovis
sacramento
tria distin-
guuntur.

Hic praenotandum quod in omnibus
sacramentis tria distinguuntur, nempe sa-

¹ Waldensis, de Sacram., cap. 21, n. 1. — *Trid.*, sess. 18,
de Euchar., can. 1. — *Marsil.*, in 4, qu. 6, art. 2, not. 2. —

189. — ^{a)} Sotus, in 4, dist. 8, qu. un., art. 1,
ita tenet secundum quod accipitur sacramen-
tum tantum.

^{b)} Tridentinum, loc. cit., can. 6, dicit Chri-

cramentum tantum, res tantum, et sacra-
mentum ac res. *Sacramentum tantum* est
illus quod significat; *res tantum* est id
quod significatur, sive effectus sacramenti;
sacramentum ac res simul est id quod
significatur ab uno, et significat aliud. —
In hoc autem Eucharistiae sacramento,
sacramentum tantum sunt species con-
secratae, quae tantum significant animae
refectionem; *res tantum* est ipsa refectio;
res et sacramentum est Corpus Christi,
quod significatur a speciebus, et gratiam
significat.

Hinc magna oritur Quaestio inter do-
ctores, nempe: *In quo consistat essentia
Eucharistiae?* — Plures sunt sententiae;
sed duae sunt magis receptae:

Prima sententia, quam tenent Gonet ¹,
Petrocorensis ²; et Salmant. ³ cum Soto ^{c)},
Gonzalez, Henriquez ^{c)}, etc., dicit quod
essentia sive ratio sacramenti consistit
in recto in solis speciebus; Corpus au-
tem Christi pertinet ad sacramentum tan-

Essentia
Eucharis-
tiae sita
est:
Juxta a-
lios, in spe-
ciebus in
recto; in
Corpore
Christi in
obliquo.

¹ Man., tr. 4, de Euchar., cap. 1, § 1, v. *Respondeo breviter.* —

² De Euchar., cap. 1, qu. 2. — ³ Tr. 4, cap. 1, n. 18 et 43.

stum in Eucharistia adorandum esse cultu
latrariae.

^{c)} Auctores isti citantur a Salmant. pro
ea parte qua negatur sacramentum hoc in

tum in obliquo, id est tamquam quid extrinsece connotatum. — Probant 1°. Ex cap. *Cum Marthae, de celebr. miss.*, ubi sic dicitur: *Forma (id est species) est panis et vini; veritas, carnis et sanguinis; virtus, unitatis et caritatis. Primum (id est species) est sacramentum, et non res. Secundum (id est Corpus Christi) est sacramentum et res. Tertium (id est effectus) est res et non sacramentum.* Cum igitur textus dicat species esse sacramentum, et distinguat sacramentum a re simul et sacramento, quod ait esse Corpus Christi: ergo (ut dicunt) totam rationem sacramenti textus refundit solis speciebus. — Probant 2°. Ex Tridentino¹, ubi habetur: *Si quis negaverit in SS. Eucharistiae sacramento contineri vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem... Domini Nostri Jesu Christi..., anathema sit.* Ergo si Corpus Christi continetur in sacramento, sequitur quod species sint sacramentum tantum continentibus Corpus Christi, ne dicatur Corpus Christi contineri in seipso.

Secunda vero sententia, quam tenent cum Busenbaum, Suarez², Contin. Tourneley³; item Vasquez, Coninck, Valentia, etc., apud Salmant.⁴, dicit sacramentum Eucharistiae consistere in recto sive essentialiter aequae in speciebus ac in Corpore Christi. — Ratio, quia ex Corpore Christi aequae ac speciebus unum fit sacramentum. Christus autem continetur in sacramento tamquam pars in toto, ut anima in homine; non vero tamquam aliquid extrinsecum a ratione sacramenti. Et sic respondet textui, quem opponunt, Tridentini. Haecque ratio confirmatur a D. Au-

¹ Sess. 13, de Euchar., can. 1. — ² Disp. 42, sect. 3, n. 2. — ³ De Euchar., part. 1, cap. 1, art. 1, concl. 2. — ⁴ Vasq., disp. 167, cap. 5. — Coninck, de Sacram., qu. 73, num. 27.

recto supponere pro Corpore et Sanguine Christi. Et profecto Sotus, ut superiori nota habetur, dicit species constitui hoc sacramentum, secundum quod accipitur sacramentum tantum, et addit: « *Sicut ablutio continens virtutem sanctificandi est sacramentum, ita species continentibus Corpus et Sanguinem* ». — Henriquez vero, lib. 8, de Euch., cap. 6, negat sacramentum hoc dicendum esse Corpus Christi in recto et species in obliquo; sed species ait esse sacramentum tantum; Corpus

gustino, relato in can. *Hoc est 48, dist. 2, de consecr.*, ubi docet hoc sacramentum duobus constare, visibili elementorum specie, et invisibili Domini N. Jesu Christi Carne et Sanguine...; sicut Christi Persona constat... ex Deo et homine. — Ad textum autem in cap. *Cum Marthae*, respondet Lugo⁵ (qui diversam sustinet sententiam, nempe quod essentia Eucharistiae in recto consistat in Corpore Christi, et in obliquo tantum in speciebus) quod Pontifex, dicens species esse sacramentum, non intendit dicere quod solae species sint sacramentum, sed quod species in Eucharistia non habent aliud munus quam sacramenti; significant enim et non significantur: ad differentiam Corporis Christi, quod est sacramentum simul et res, nempe quod significat gratiam et significatur a speciebus; non autem textus excludit quod Corpus Christi pertinet ad essentiam sacramenti.

Utraque sententia est probabilis.

« ²°. Usus sive sumptio Eucharistiae non est proprie ipsum sacramentum, neque aliud sacramentum ab eo distinctum, ut vult Gabriel⁶; nec pars illius, sive essentialis, sive integralis, ut Aureolus⁷; sed tantum applicatio, sive conditio ut sacramentum operetur ».

Omnia alia sacramenta (ut sub initio hujus *Libri VI*, n. 6, *Not. II*, notavimus) dicuntur *transeuntia*; quia tum solum sunt sacramenta cum conficiuntur et applicantur. — Hoc tantum Eucharistiae sacramentum dicitur *permanens*, quia consistit in re permanente. Et sic Corpus Christi, post consecrationem existens sub speciebus panis, est vere et proprie sacra-

n. 20. — Valent., in 3rd Part., disp. 6, qu. 1, punct. 3. — ⁴ Tract. 4, cap. 1, num. 29. — ⁵ De Euchar., disp. 1, num. 27.

vero Christi, sub speciebus contentum, remesse et sacramentum.

^{a)} Gabriel Biel, in 4, dist. 8, qu. 1, art. 3, dub. 2, consecrationem vult esse proprie sacramentum, et subdit: « *De usu sacramenti scilicet ejus perceptione, videtur similiter dicendum...*; nam ista perceptio sacramenti est quoddam signum significans gratiam, ad spiritualem nutritionem suscipienti collatam ex opere operato, et hoc ex institutione divina ».

^{e)} Aureolus, in 4, dist. 8, qu. 1, art. 1,

mentum, sive sumatur sive in sacrario servetur; ut habetur definitum in Tridentino⁸, ubi: *Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiae sacramento non esse Corpus et Sanguinem D. N. Jesu Christi, sed tantum in usu..., anathema sit.*

190. — « ³°. Etsi quaelibet species, immo quaevis pars speciei, sit integrum et essentialiter perfectum sacramentum, adeoque sacramentum Eucharistiae, sub speciebus panis et vini, physice et materialiter specie differat; moraliter tamen et in ratione sacramenti est unum specie infima sacramentum: tum quia est unum signum rei sacrae, tum quia ordinatur ad unum specie infima finem. — Vide S. Thomam⁹.

« ⁴°. Etsi, physice loquendo, tot sint numero sacramenta quot numero species, vel etiam partes specierum: moraliter tamen unum numero sacramentum est, quod per modum unius propinatur et sumitur; quia id ad unum finem, scilicet ad unam refectionem spiritualem, refertur.

« ⁵°. Hostiae in diversis altaribus recte concipiuntur ut distincta sacramenta. — Contra vero, si sacerdos unam hostiam in plures partes dividat, vel plures hostias simul sumat (eadem est ratio plurium specierum diversae rationis), non ideo dicitur accepisse plura numero sacramenta ».

Super his, ante omnia praenotandum in quod habetur in Tridentino⁸: *Corpus... (existere) sub specie panis, et Sanguinem sub vini specie ex vi verborum; ipsum autem Corpus sub specie vini, et Sanguinem sub specie panis, Animamque sub utraque, vi naturalis illius connexionis*

¹ Sess. 13, de Euchar., can. 4. — ² P., qu. 73, art. 2. — ³ Sess. 13, de Euch., cap. 3. — ⁴ Sess. 21, de Communione, cap. 3. — ⁵ De Euch., lib. 4, cap. 22. — ⁶ Tr. 4, cap. 2, dub. 1, n. 16. — ⁷ De Euch., disp. 2, sect. 1, num. 9. — ⁸ Praelect. de Euch., qu. 4, art. 3. — ⁹ De Euch., part. 1, cap. 1, art. 1, concl. 4. — ¹⁰ Tr. 4, cap. 2, n. 17 et 18. — Petrus de Led., de Euch., cap. 1, concl. 12. — Cornejo, tom. 2, tr. 4, qu. 73, art. 2, disp. 1, dub. 2.

prop. 3, affirmit sumptionem esse partem essentialiem hujus sacramenti. Et addit vers. fin. Eucharistiae sacramentum integratum esse ex speciebus, verbis et usu, quantum ad ejus essentialiem totalitatem ».

191. — ^{a)} Nuñez male hic a Salmant. allegatur; nam, in qu. 73, art. 2, resp. ad 1 princip. arg., oppositam opinionem tuetur, scri-

et concomitantiae... Divinitatem porro, propter... ejus cum Corpore et Anima hypostaticam unionem. — Item habetur⁴: *Quamvis Redemptor noster... hoc sacramentum in duabus speciebus instituerit..., tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari qui unam speciem solam accipiunt.*

191. — Sed quaeritur 1°. *An tota ratio specifica hujus sacramenti salvetur in sola specie panis aut vini, seorsim sumpta?*

Prima affirmat: quam tenent Bellarminus⁵; et Gonzalez, Nuñez⁶ et alii, apud Salmant.⁶. — Ratio, quia quaelibet species rationem habet integri convivii; cum per concomitantiam Sanguis veniat sub speciem panis, et Corpus sub speciem vini. Idque arguunt ex illis verbis Tridentini, ut supra: *Sub altera tantum specie verum sacramentum sumi.*

Secunda vero probabilius sententia dicit totam rationem specificam sacramenti non salvari, nisi in utraque specie. Ita Lugo⁷, Tournely⁸ ac ejus Continuator⁹; et Salmant.¹⁰ cum Ledesma, Cornejo, etc. — Ratio, quia, licet per concomitantiam Corpus Christi veniat sub speciem vini, et contra (quod sufficit quidem ad totum assequendum fructum sacramenti, ut docet concilium); hoc tamen per accidentis evenit, quia nunc sanguis non potest a Corpore separari, sed non per se: nam si in triduo Passionis Apostoli celebrent, utique Sanguis non venisset sub speciem panis. Unde, cum sub altera tantum specie vi verborum et per se ponatur tantum Corpus vel Sanguis; non potest per se significari per alterutram speciem tota

Tota ratio specifica, juxta alios, salvatur in alterutra specie.

Probabilis, non nisi in utraque que.

refectio cibi et potus, in qua consistit ratio specifica hujus sacramenti. — Et pro hac sententia videtur expresse esse D. Thomas¹, cum ibi sic dicat: *Panis et vinum materialiter quidem sunt plura signa, formaliter vero et perfective unum, in quantum ex eis perficitur una refectio*. Ergo formaliter, seu quoad rationem specificam sacramenti, non perficitur in ratione significandi refectio, nisi in utraque specie.

Quaeritur 2º. Unde sumatur unitas numerica hujus sacramenti?

Alii dicunt sumi ab unitate Corporis Christi; ut Lugo et Suarez. — Alii, a physica continuatione partium ipsarum specierum: et ita dicunt tot esse sacramenta quo sunt species panis vel vini physique discontinuae; ut Vasquez, etc. — Alii, a morali conjunctione specierum inter se; ut Salmant.² cum Soto et Bellarmino. Qui tenent quod plures species consecratae, etsi discontinuae, et licet physique sint plura sacramenta, moraliter tamen unum sunt sacramentum ex morali conjunctione quam habent, dum per modum unius proponuntur aut sumuntur. Et haec sententia videtur probabilior, cum Busenbaum (ut supra, n. 190).

Quoad species igitur hujus sacramenti, concludendum quod, licet quaelibet species sit materialiter diversa; moraliter tamen utraque constituit unum sacramentum, cum utraque significet unum convivium ex cibo et potu constans.

Quoad numerum vero, dicendum quod numerus sumitur ex multiplicitate summationum. — Unde, si una species vel una hostia distribuitur pluribus, vel eidem personae in diversis vicibus moraliter distinctis, diversa sunt numero sacramenta. E converso, si alicui eodem tempore ministrarentur ambae species vel plures partes ejusdem speciei, unum esset sacramentum. — Sic pariter, si diversae species consecratae eodem tempore et in eodem altari proponuntur, unum erit sa-

cramentum. Si vero eaedem species dividuntur, et in diversis proponuntur altaris, diversa erunt sacramenta.

192. - Quaeritur 3º. An Eucharistia sit necessaria ad primam justificationem obtinendam?

Supponitur ut certum cum S. Thoma³, Eucharistiam esse ad salutem necessariam necessitate praeepti, non solum ecclesiastici, sed etiam divini, ex Luc. xxii:

Hoc facite in meam commemorationem.

— E contrario certum est non esse necessariam necessitate medii secundum realem susceptionem; ut asserunt Salmant.⁴ communiter, contra haereticos.

Dubium est: *An sit necessaria saltem in voto necessitate medii?*

Prima sententia negat cum S. Bonaventura, Suarez, Vasquez, Cajetano, Laymann, Bonacina, etc., apud Salmant.⁵ — Ratio, quia hoc sacramentum non est institutum ad causandam primam gratiam. Et ideo concilium Tridentinum⁶ damnat dicentes praecipuum fructum hujus sacramenti esse remissionem peccatorum.

Secunda tamen probabilior sententia, quam tenent Concina⁷; Sotus, Ledesma et plures, cum Salmant.⁸ docet, votum saltem virtuale et implicitum Eucharistiae, respiciens hoc sacramentum ut finem viatae spiritualis, esse necessarium necessitate medii ad salutem tam adultis quam parvulis. *Adulti* autem tale votum habent, dum sacramenta Baptismi aut Poenitentiae suscipiunt; voluntas enim ipsorum omnia praeepta implendi, hoc etiam praecipuum Eucharistiae saltem implicite comprehendit. *Parvuli* vero votum habent, non ex voluntate propria, sed ex voluntate implicita Ecclesiae, quae pueris applicatur, sicut applicatur voluntas suscipiendi Baptismum. — Et hanc docet S. Thomas⁹, ubi ait: *Hoc sacramentum ex seipso virtutem habet gratiam confendi. Nec quis habet gratiam ante susceptionem hujus sacramenti: vel nisi ex aliquo voto ipsius vel per se ipsum, sicut*

Eucharistia, ad salutem necessaria praeeptio divino.

Non vero necessitate medii in re.

Juxta alios, neque necessitate medii in voto.

Probabilis necessaria in voto saltem implicito.

Opiniones de unitate numerica.

Probabilis sumitura moralis conjunctio ne specie rum.

Utraque species efficit unum sacramentum.

Numerus sumitur ex numero sumptionis.

¹ 3 P., qu. 73, art. 2, ad 2. — *Lugo*, disp. 2, sect. 2, num. 15. — *Suar.*, de Sacram., disp. 39, sect. 4. — *Vasq.*, disp. 168, cap. 2. — ^a Tr. 4, cap. 2, num. 42 et 46. — *Sotus*, in 4, dist. 8, qu. unic., art. 2. — *Bellar.*, de Euch., lib. 4, cap. 22, propos. 4. — ^b 3 P., qu. 80, art. 11. — ^c Tract. 4, cap. 3, num. 6. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 12, part. 2, art. 2, qu. 1. — *Suar.*, disp. 40, sect. 1, concl. 2. — *Vasq.*, disp. 169,

adulti; vel voto Ecclesiae, sicut parvuli. — Et probatur primo, ex Joan. vi: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis..., non habebitis vitam in vobis*. Probatur secundo rationale: quia sacramenta Baptismi et Poenitentiae, quae certe sunt necessaria necessitate mediis, saltem in voto, ad primam gratiam obtinendam, non conferunt gratiam, nisi respiciendo ad Eucharistiam, ut ad finem omnium sacramentorum.

193. - Quaeritur 4º. An Eucharistia in re vel in voto sit medium necessarium adultis ad vitam spiritualem conservandam?

Negant Suarez, Vasquez, Durandus, etc., apud Salmant.¹ dicentes ad hoc alia

adesse media. — Sed communius et verius affirmant Sotus, Gonzalez et Salmant.² cum S. Thoma³. Ratio, quia, sicut vita corporis diu non potest conservari sine cibo materiali; ita vita animae sine hoc cibo spirituali, saltem in voto, et quidem explicito in eo qui necessitatem hujus sacramenti advertit.

Hinc tenent Salmant.⁴ cum Cornejo⁵, etc., non excusari a peccato, etiam qui semel in anno Eucharistiam sumunt, si norint communionem tam raram eis non sufficere ad perseverandum, habita ratione propriae infirmitatis. — Vide dicenda n. 295, v. *Inno.*

In voto necessaria viatae spiritali in adultis.

Corollarium.

DUBIUM II.

Quae Materia Eucharistiae.

194. Quae sit materia proxima hujus sacramenti. — 195. De obligatione consecrandi sub utraque specie. (Vide quae habentur apud Busenbaum). — 196. Dub. 1. An haec obligatio sit de jure divino, vel ecclesiastico. Dub. 2. An Papa possit in ea dispensare. Dub. 3. An sit valida consecratio unius speciei sine altera. — 197. An aliquando per accidens possit una species sine altera consecrari.

194. - « Nota. Sicut in aliis sacramentis est duplex materia, proxima et remota; « ita etiam hic, sed ordine inverso. — Nam « in aliis, materia remota est res permanens; proxima vero ejus usus, qui transit; Hic vero, remota transit; et proxima manet, scilicet species panis et vini.

« Quaeritur ergo tantum de remota, illa scilicet quae, facta consecratione, transit in Corpus et Sanguinem Christi.

« Resp. Materia Eucharistiae est tantum panis et vinum. Est de fide, et probatur ex institutione Christi (Matth. xxvi et Luc. xxii). Et quidem utraque materia, panis et vinum, est ita necessaria ad hoc sacramentum confiendum, ut per se nunquam liceat possit una consecrari

Suar., disp. 40, sect. 2, n. 4, v. *In hac re.* — *Vasq.*, disp. 169, cap. 3, n. 20. — *Durand.*, in 4, dist. 9, qu. 2. — ^a Tr. 4, cap. 3, n. 34. — *Petr. de Soto*, de Institut. sacerd. sect. 4, concl. 2. — ^b 3 P., qu. 80, art. 12, ad 1. Cfr. etiam ad 3

« absque alia: quod patet tum ex facto Christi (Luc. xxii) tum ex Tridentino⁴.

« Unde resolves:

195. - « 1º. Consecratio utriusque speciei cuius est juris divini; quia ratio sacrificii, sine quo non fit, exigit utramque.

« 2º. Non licet alteram tantum speciem consecrare, in necessitate etiam gravi, v. gr. ut moribundo detur viaticum. — Suarez, etc. communiter.

« 3º. Nec Pontifex in eo potest dispensare ullo casu. — Ita communiter Suarez^a, etc., contra quosdam.

Certum est necessarium esse de necessitate praeepti consecrare Eucharistiam sub utraque specie; ut docet D. Thomas⁵ cum aliis communiter, ex can. *Com-*

Consecratio utriusque speciei est juris divini.

experiens suam debilitatem, sentit se non posse in vita spirituali diu conservari; quod praecipuum fundatur in ipsa necessitate medii. — *a)* Cum S. Thoma, qui in 3 P., qu. 80, art. 11, ad 2, affirmat in universum sacramentum hoc adultis esse necessitatis.

b) Cornejo enim, tom. 2, tr. 4, qu. 73, art. 3, disp. 2, dub. 2, ult. diff., haec scribit: « Realis usus hujus sacramenti est necessarius necessitate praeepti divini, quoties justus,

perimus, dist. 2, de consecr., et ex Tridentino (ut mox infra). Unde commune ac certum est apud omnes, nec etiam in articulo mortis licitum esse consecrare unam speciem ad viaticum infirmo porrigidendum. — Vide Salmant.¹, Bonacina² et alios passim.

196. — Sed dubitatur 1^o. *Utrum praecipsum hoc sit divinum an ecclesiasticum?*

Navarrus³; et Adrianus, Major, etc., apud Contin. Tournely⁴ dicunt esse ecclesiasticum. — Sed omnino tenendum esse divinum, cum Suarez⁵, Tournely⁶, Concina⁷; et Bonacina⁸ cum Cajetano, Soto⁹, Paludano, Reginaldo, Filiuccio et aliis communiter. Idque patet ex Tridentino¹⁰, ubi dicitur Christus praecepsisse sacerdotibus, ut Corpus suum offerrent non aliter quam sub utraque specie. En verba concilii: *Christus Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit, ac sub eorumdem (nota) rerum symbolis Apostolis..., ut sumerent, tradidit, et eisdem eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent praecepsit per haec verba.* Hoc facite in meam commemorationem; *uti semper catholica Ecclesia intellexit et docuit.*

Dubitatur 2^o. *An Pontifex possit in hoc praecipso dispensare?*

Affirmant plures graves DD., ut Azor, Alanus, Gabriel, Henriquez, etc., apud Salmant.¹⁰; idque probabile^{b)} putant San-

Juxta a-
lios, Ponti-
fex potest
in hoc di-
spensare.

^a Tr. 4, cap. 4, num. 37. — ^b Disp. 4, de Euch., qu. 2, punct. 3, n. 9. — ^c Man., cap. 25, n. 91. — ^d Adrian., in 4, de Euch., qu. 6, § *Viso de impedimento*, v. *Pro respon- sione*. — ^e Major., in 4, dist. 9, qu. 3, v. *Tertio*. — ^f De Sacrificio Miss., cap. 3, art. 2, sect. 3. — ^g Disp. 43, sect. 3, concl. 3. — ^h Praelect. de Euch., qu. 8, art. 8. — ⁱ De Sacrificio Miss., cap. 2, § 2, num. 8. — ^j Disp. 4, de Euch., qu. 2, punct. 3, n. 5. — ^k Cajetan., in qu. 80, art. 12, qu. 1, v. *Ad 3 arg.* — ^l Palud., in 4, dist. 11, qu. 1, art. 2, concl. 5. — ^m Regin., lib. 29, n. 13. — ⁿ Fili., tr. 4, cap. 3, n. 64. — ^o Sess. 22, de Sacrificio.

196. — ^a Sotus id satis innuit, dum *in 4, dist. 9, qu. 1, art. 1*, non audet (ita ille) affirmare quod possit in hoc dispensari, « quia res nusquam auditae est... Haud enim tunc significatio integræ refectionis servaretur ».

^b Quin etiam Sanchez hanc sententiam « veriore » putat.

^c Ysambert, *in 3 Part.*, qu. 83, disp. 4, art. 2, hanc sententiam ut probabilem habet.

^d Concina, loc. cit., n. 8, videtur sic tenere; respondens enim objectioni, quod Christus in

chez¹¹; et Contin. Tournely¹² cum Ysambert^{c)}. Et probant ex Tridentino¹³, ubi dicitur: *Hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quae suscipientium utilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi... magis expedire judicaret.* — Sed negant communiter Suarez¹⁴, Lugo¹⁵, Concina^{d)}; Salmant.¹⁶ cum Gonet, Cajetano^{e)}, Soto^{f)}, Silvestro, Valentia, etc. Ratio, quia Ecclesia, etsi potest immutations facere circa administrationem sacramentorum, ut loquitur concilium, non autem potest circa ea quae in sacramentis administrandis sunt de praecipto divino, prout est consecratio utriusque speciei, ut mox supra probavimus. Sed haec ratio non omnino convincit: nam (ut dicemus de Matrim., n. 1119, v. Secunda), juxta plurium sententiam, probabiliter potest Papa etiam in praeciptis divinis dispensare cum justa causa in aliquo casu particulari, vel saltem tunc interpretari divinum praecipsum.

Hoc tamen non obstante, primam sententiam dico non posse in proxim deduci. Quia (ut mox dicemus in sequenti Dub.³) probabile est non fieri sacramentum, nisi in sacrificio, ad quod (juxta nostram sententiam, referendam n. 306, v. Secunda) necessario requiritur consecratio utriusque speciei. — Caeterum recte dicit ipse

Miss., cap. 1. — ^a Asor, part. 1, lib. 10, cap. 19, qu. 2. — ^b Guitel. Alanus (Allen), de Euch., lib. 2, cap. 20. — ^c Gabr. Biel, Exposit. can. Missae, lect. 58, dub. 3, i. f. — ^d Henrig., lib. 8, cap. 13. — ^e Loc. cit., n. 41. — ^f De Matr., lib. 8, disp. 6, n. 6. — ^g De Sacrificio Miss., cap. 3, art. 2, sect. 3, obj. 5. — ^h Sess. 21, de Commun., cap. 2. — ⁱ Disp. 43, sect. 4, concl. 3. — ^j De Euch., disp. 19, a. n. 105. — ^k Tr. 4, cap. 4, num. 44. — ^l Gonet, Clyp., tom. 5, de Euch., disp. 3, art. 6, a. n. 88. — ^m Silvest., v. *Eucharistia I*, n. 6, qu. 5. — ⁿ Valent., in 3rd Part., disp. 6, qu. 10, punct. 4.

oppido Emmaus solum panem consecraverit: « Quod Christus, inquit, suprema auctoritate praeditus peregit, non est in exemplum addendum; sed quod in ultima coena faciendum praescripsit, impleri a nobis debet »; quibus subdit: « Dispensationes quas nonnulli referunt... consecrandi sub una panis specie, fictitiae prorsus sunt et fabulosae ».

^e Cajetanus perspicue id significat, *in 3 P.*, qu. 80, art. 12, quaest. 1^a, v. *Ad 3 arg.*, dicens consecrationem utriusque speciei cedere sub divino praecipto.

Communi-
niter nega-
tur.

Ex inten-
tione, juxta
alios, inva-
lida.

Juxta a-
lios, valida.

[Contin.] Tournely, quod Ecclesia in hoc praecipto nunquam dispensavit, nec unquam dispensabit. Communiter enim cum Suarez, Lugo, Concina, Salmant., etc., rejicitur id quod refert Volaterranus¹, nempe quod Innocentius VIII dispensaverit cum Norvegis, ut possint consecrare panem, et calicem sine vino: quod utique incredibile est.

Dubitatur 3^o. *An consecratio unius speciei sine altera sit valida?* Nemo dubitat quin valida sit, si id casu accidat; ut mox infra dicetur in casibus a Busenbaum allatis. Dubium igitur fit: *An valide consecret sacerdos qui positivam habet intentionem consecrandi unam tun- tum speciem sine altera?*

Negat Lugo^{f)}, quem sequitur Renzi^{f)}; quia (ut ait) ratio sacramenti nequit dividi a ratione sacrificii. Sacerdos enim non accipit potestatem conficiendi hoc sacramentum, nisi sacrificando; ut patet ex forma ordinationis: *Accipe potestatem offerendi sacrificium tam pro vi- vis quam pro defunctis.* — Unde, cum ad essentiam sacrificii pertineat consecratio utriusque speciei (juxta probabilem sententiam, quam infra afferemus n. 306, v. Secunda), sequitur quod qui sacrificium non offert, neque sacramentum conficit.

Alli vero communiter affirmant, ut

Contin. Tourn., de Sacrif. Miss., cap. 3, art. 2, sect. 3, v. *Hes ego*. — *Suar.*, disp. 43, sect. 4, v. *Tertio hoc*. — *Lugo*, de Euch., disp. 19, num. 119. — *Concina*, de Sacrif. Miss., cap. 2, § 2, num. 8. — *Salmant.*, tr. 4, cap. 4, num. 49 et 50. — ^l Commentar. urban., lib. 7, cap. 4, *Saxones*, etc. — ^m Disp. 43, sect. 2, v. *Dico 2*. — ⁿ Part. 2,

Suarez², Sporer³, Salmant.⁴, Diana⁵; Bonacina⁶ cum Coninck⁸, Filiuccio, Henriquez, Reginaldo, etc. Ratio, quia in omni sacramento, semper ac minister formam profert super materia cum debita intentione, perficit sacramentum.

Haec sententia est quidem valde probabilis; sed ratio Lugonis non videtur improbabilis. Nec obstat auctoritas D. Thomas⁷, quam affert Bonacina pro secunda sententia; nam ibi S. Doctor loquitur tantum contra eos qui dicent non consecrari Corpus, nisi postquam consecratur Sanguis; quod certe falsum est^{h)}.

197. — « Dixi 1^o. *Per se*; quia per accidentem et praeter intentionem, aliquando unam posse solam consecrari absque peccato, docet Tanner⁸, dicitque esse communem; v. gr. in his casibus:

« 1^o. Si quis aquam vel alium liquorem pro vino consecrasset, neque defecum intelligeret nisi diu post; aut postquam advertisset, non posset haberet aliud vinum; vel quamvis haberet, non posset tamen illo uti sine gravi scandalo vel vitae periculo ». [Vel sine magno simili incommode; ut Salmant.⁹ cum Suarez^a, Bonacina^a, Reginaldo^a, etc.].

« 2^o. Si, post consecratam hostiam, subitum mortis periculum ab hostibus vel incendium immineat: secluso tamen

cap. 3, num. 130. — ^o Tr. 4, cap. 4, num. 36. — ^p Part. 10, tr. 16, resol. 62. — ^q Disp. 4, de Euch., qu. 2, punct. 3, num. 2. — ^r Fili., tr. 4, num. 63. — ^s Henrig., lib. 8, cap. 13, n. 2. — ^t Regin., lib. 29, n. 12. — ^u 3 P., qu. 78, art. 6. — ^v Tom. 4, disp. 5, qu. 2, dub. 1, num. 26. — ^w Loc. cit., num. 38.

Et cardinalis de Lugo sententiae adhaeret Renzi, de Euch., cap. 1, qu. 45.

^g Coninck pro ratione adducta potius quam pro ipsa propositione citari videtur; illam enim, qu. 78, art. 6, expresse habet; hanc vero minime.

^h Ita profecto S. Thomas, loc. cit.; sed in 4, dist. 11, qu. 2, art. 1, sol. 1, ad 4, videatur tenere secundam opinionem; scribit enim: « Potius deberet desistere qui non haberet utrumque [panem et vinum], quam confidere praeceptor morem Ecclesiae in una tantum specie; quamvis etiam si in una tantum specie consecraret, consecratum esset. Peccaret autem graviter... »

197. — ^a Ipsi Salmant. loquuntur de simili incommode; Suarez autem, disp. 43, sect. 4, concl. 1; Bonacina, disp. 4, de Euch.,

Secunda opinio, valde probabilis; prima, non improbabilis.

Casus va-
lide conse-
crationis in
una specie.

« scandalum et contemptu fidei. — Regi-
naldus¹. [Cum Salmant.²].

« 3º. Si sacerdos, hostia consecrata,
moriatur, vel animo deficiens loquelam
perdat, vel in amentiam incidat; nec
sit alius qui possit sacrificium perfici-
cere. Suarez^b, Vasquez^b, etc. — Si
autem alius supplere, et sacerdos infir-
mus communionem suscipere potest, de-
bet hostia dividi, eique pars dari. Tam-
biurinius^c.

Vide Suarez^d, Sporer^e; Renzi^f cum
Azor, Majore, Henriquez et Hurtado; Bon-
acina^g cum Reginaldo, etc., qui fere

omnia haec confirmant. — Sed bene
advertunt Salmant.⁸, Mazzotta⁹ et Wi-
gandt¹⁰ nunquam posse sacerdotem con-
secrare in una sola specie ob metum
mortis ab extrinseco, sive ab alio incusso
ad hunc finem ut sic consecret. Quia tunc
ageret directe contra praeceptum divi-
num: quod est intrinsece malum.

Dixi 2º. *Licet*; quia valide alteru-
ram tantum consecrari, est certum: ut
patet tum ex facto Christi, qui panem
ante consecravit; tum ex praxi Eccle-
siae, quae Corpus ante Sanguinem pro-
ponit adorandum.

DUBIUM III.

Qualis debeat esse Panis in materia Eucharistiae.

198. *An solus panis triticus sit materia apta.* — 199. *Non est ad Eucharistiam materia apta.*: 1. *Panis ex oryza, leguminibus, etc.* 2. *Massa cruda aut frixa, sive elixa.* 3. *Panis subactus oleo, lacte, etc.* Quid, si aqua non naturali. 4. *Hostiae rubrae.* 5. *Panis corruptus.* — 200. *Quinam panis est materia dubia.* An ex farre, silagine, amylo. — 201. *Qui panis est materia valida, sed illicita.*: 1. *Si modice alii rei permixtus.* 2. *Si mucidus.* — 202. *Valide etiam, sed illicite consecrant Latini in fermentato, et Graeci in azymo.* — 203. *Dub. 1. Quid, si Latinus transeat per Graeciam, vel contra. Dub. 2. An Latinus possit celebrare in fermentato ad dandum viaticum.* — 204. *De hostia fracta vel maculata.* — 205. *De figura hostiae consecrandae.* Et an liceat celebrare cum hostia minori.

Solus pa-
nis triti-
ceus, usualis,
materia
valida.

198. — « Resp. Iº. Solus panis triticus, in conviviis communiter usitatus: qua-
lis morali hominum iudicio tantum cen-
setur ille qui ex farina triticea et aqua
naturali mixtus, et igne tostus sive as-
sus, atque in sua specie incorruptus est;
quia hic solus simpliciter dicitur panis;
alius vero, non nisi cum addito, v. gr.
hordeaceus.

« Unde resolvet:

« 1º. Falsum est quod docuit Cajeta-
nus^a, Eucharistiam posse consecrari
ex quovis pane cuiusvis speciei, dum

modo sit aptus ad vescendum». Idem
docent D. Thomas¹¹, Catechismus Roma-
nus¹²; et Salmant.¹³ cum Lugo, Palao, Fil-
liuccio, et alii communiter. — Et patet
ex decreto Eugenii, ubi dicitur de Eucha-
ristia: *Cujus materia est panis triticus,*
et vinum de vite. Confirmatur a missali
Romano, ubi: *Si panis non sit triticus...,*
non conficitur sacramentum.

199. — « 2º. Non est apta materia ad
validam consecrationem:

« 1º. Panis ex oryza, avena, milio, pisis,
fabis, amygdalis aliisque leguminibus et

Panes qui
sunt inva-
lida mate-
ria.

¹ Lib. 29, n. 14. — ² Tr. 4, cap. 4, n. 39. — ³ Method. celebrand. Missae, lib. 2, cap. 8, § 1, n. 4. — ⁴ Disp. 43, sect. 4, concil. 1. — ⁵ Part. 2, cap. 3, n. 133. — ⁶ De Euch., cap. 1, qu. 46. — Azor, part. 1, lib. 10, cap. 19, qu. 2. — Major, in 4, dist. 9, qu. 8, v. Tertio. — Henrig., lib. 8, cap. 18, i. f. — Gasp. Hurtad., de Sacrif. Miss., disp. 4, diff. 13. — ⁷ Disp. 4, de Euch., qu. 2, punct. 3, num. 8. —

⁸ Regin., lib. 29, n. 14. — ⁹ Loc. cit., num. 40. — ¹⁰ Tr. 1, disp. 1, qu. 1, cap. 4, v. *Infers* 2º. — ¹¹ Tr. 12, exam. 2, n. 16. — ¹² 3 P., qu. 74, art. 4. — ¹³ Part. 2, cap. 4, de Euch., n. 13. — ¹⁴ Tr. 4, cap. 4, n. 3 et 5. — Lugo, disp. 4, sect. 1, n. 2. — Palau, tr. 21, disp. unic., punct. 4, n. 2. — Fill., tr. 4, cap. 3, n. 76 et 77. — Eugen. IV, decret. ad Armenos. — Missal. Rom., de Defectib. III, n. 1.

qu. 2, punct. 3, num. 8; Reginaldus, lib. 29, num. 14, additionem istam silentio praetermittunt.

^b Suarez, loc. cit., concl. 1, i. f.; Vasquez, disp. 223, cap. 3, n. 14, volunt ut in eo casu

aliussacerdos sacrificium perficiat; sed Suarez addit non semper inveniri eum qui possit per cere.

198. — ^a Cajetanus, in qu. 74, art. 3, de spelta et amido disserens, ait: « Mihi videtur

« sit materia valida, illicita tamen». [Vide dicta de Baptismo, n. 103, ad I. 5º].
« 5º. Panis substantialiter corruptus.
« 6º. Panis subactus aqua marina. Fa-
gundez, — apud Diana⁸, ubi ipse contra-
rium docet, eo quod illa sit naturalis
aqua».

Et cum Diana consentit Renzi⁹. Ac
revera nescio intelligere, cur panis con-
fectus aqua marina non sit verus panis;
cum aqua marina sit vera et naturalis aqua
(sic diximus de Baptismo, n. 103, ad I,
et docet S. Thomas¹⁰). — Secus vero qui-
dem dicendum, si farinae misceatur aqua
rosacea vel alias liquor; quia tunc non
esset verus panis usualis, ut dicit idem
S. Doctor¹¹.

200. « Panis ex farre sive spelta, item
ex silagine, est *materia dubia*: quia alii
dicunt, solis accidentibus, propter loci
sterilitatem; alii, specie distingui a tri-
tico. Ideoque non licet saltem uti pro
sacramento, quia hoc exponeretur pe-
riculo. — Vide auctores citatos».

S. Thomas¹², S. Bonaventura^a, Cajeta-
nus^b, etc., apud Croix¹³, dicunt *siliginem*
esse verum triticum; sed negant Concina^c,
Palau et plures. Unde Cardenas apud
Croix, et [Contin.] Tournely¹⁴; Renzi^d

cap. 1, n. 14. — ⁸ Part. 9, tr. 9, resol. 58. — ⁹ De Euch., cap. 1, qu. 18, dic. 1. — ¹⁰ 3 P., qu. 66, art. 4, ad 1. — ¹¹ 3 P., qu. 74, art. 7, ad 3. — ¹² 3 P., qu. 74, art. 3, ad 2. — ¹³ Lib. 6, part. 1, n. 421. — Palau, tr. 21, punct. 4, n. 2. — Carden., dissert. 2, n. 46. — Croix, loc. cit. — ¹⁴ De Euch., cap. 3, art. 1, concl. 1, v. Ex his.

Et ita hanc sententiam probabilem esse tenet
acutissimus et sapientissimus P. Antonius
Perez Societatis Jesu, de hac re a me consultus.

200. — ^a S. Bonaventura, in 4, dist. 11,
part. 2, art. 1, qu. 4, dicit consecrationem
valide fieri cum pane ex frumento, sive sit
accidentalis sive specifica differentia, salva
tamen specie, illius panis.

^b Cajetanus, in qu. 74, art. 3, haec affert
ex D. Thoma, quem commentatur; ipse tamen
Cajetanus laxior est.

^c Concina, de Euch., cap. 2, n. 10, dicit
siliginem significare duas res, scilicet triti-
cum selectum seu genus frumenti candidi, et
hanc validam esse materiam; vel secale, quod
negat valide adhiberi posse.

^d Renzi, de Euch., cap. 1, qu. 9, distin-
guit pariter siliginem in eam (si quae sit) quae
ex semine tritici generatur, et eam in quam
convertitur triticum ex solo uliginoso post

Panes qui
sunt mate-
ria dubia.

cum Bonacina^{a)}, recte docent esse mortale in silagine consecrare, prout in materia dubia. — Amylum autem certe non est materia apta. Croix¹; Salmant.² cum S. Thoma, Lugo et communi; contra aliquos.

201. — « 4^o. *Valida*, sed *illicita* est materia:

« 1^o. Si aliquot grana, vel guttae alterius speciei, cum tritico et aqua misceantur, ita ut triticum tamen et aqua plurimum praedominetur; quia si major pars non sit triticum et aqua, non erit materia valida: de quo monendi sunt illi qui hostias coquunt. Bonacina^{a)}, « Laymann^{a)}. — [S. Thomas³ idem docet, dicens: *Si sit modica admixtio alterius frumenti ad multo majorem quantitatem tritici, poterit exinde confici panis, qui est materia hujus sacramenti. Si vero sit magna permixtio, puta ex aequo vel quasi, talis permixtio speciem mutat; unde panis exinde confessus non erit debita materia.* Et sic etiam dicunt Salmant.⁴ communiter].

« 2^o. Panis mucidus, qui ad corruptio nem disponitur. Bonacina^{b)}. — [Hoc esset, si sapor aliqualiter mutaretur; et tunc esset mortale illo uti. Palaus et Coninck].

202. « 5^o. Perinde est ad valorem sacramenti, sive panis sit azymus sive fer-

Panes qui sunt valida, sed illicita materia.

^{a)} Lib. 6, part. 1, n. 428. — ^{b)} Tr. 4, cap. 4, n. 14. — S. Thom., 3 P., qu. 74, art. 3, ad 4. — Lugo, disp. 4, n. 6. — Loc. cit., art. 3, ad 3. — Loc. cit., n. 8 et 10. — Palaus, tr. 21, punct. 4, n. 3. — Coninck, de Sacram., qu. 74, n. 47. — Bonacina, loc. cit., punct. 1, num. 8, 9 et 11. — ^{c)} Tr. 4,

tertiam arationem; hanc invalidam, illam vero validam materiam putat. Nec satis distincte citat Bonacinam, qui, qu. 2, punct. 1, n. 2, mortale esse asserit, cum *secali* consecrare.

201. — a) Bonacina, loc. cit., punct. 1, n. 4 et 6; Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 3, de sola validitate loquuntur.

b) Bonacina, loc. cit., punct. 2, n. 5, de vino acescente loquitur, et dicit materiam validam quidem esse, sed illicitam; quin etiam mortale esse ait eo uti, si ita acescat, « ut sit dubium an sit vere acetum ». Et subdit: « Idem dicendum est de eo qui utitur hostia adeo corrupta, ut formam panis amiserit ».

202. — a) Quidquid dicat Busenbaum, non Tridentinum, sed Florentinum concilium, id definivit in decreto unionis Graecorum, ab Eugenio IV dato, § *Item in azymo*; habetur

« mentatus, ut definivit Tridentinum^{a)}. « Quia uterque est usualis et proprie dictus panis. — Interim, in suis ecclesiis, Latini in azymo, et Graeci in fermentato conficere tenentur, sub pracepto gravi et culpa mortali; a qua non excusat necessitas, v. gr. dandi viaticum. « Vide Bonacina⁵, Filiuccium⁶, card. de Lugo⁷.

Et est commune cum Soto, Suarez, Laymann et Salmant.⁸ Sic enim tradidit concilium Florentinum in decreto ad Armenos^{b)}: *Definimus..., in azymo sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veracter confici. Sacerdotesque in altero ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suae Ecclesiae, sive occidentalis sive orientalis, consuetudinem.* Hinc noster S. P. Benedictus XIV in constitutione super ritibus Graecorum, edita anno 1746: *Etsi pastoralis, sub poenis perpetuae suspensionis a divinis confirmat prohibitionem, ne Latinus aut Graecus praeter proprium ritum celebret*^{c)}.

203. — Sed dubitatur 1^o. *An Latinus in locis Graecorum possit celebrare in fermentato, et Graecus in locis Latinorum in azymo?* — Convenient DD., quod si inter Graecos inveniatur ecclesia Latinorum, in qua latinus ritus servatur, sacerdos latinus debeat consecrare in azymo;

n. 81, 82 et 84. — ^{d)} De Euch., disp. 4, n. 7. — *Sotus*, in 4, dist. 9, art. 4. — *Suar.*, disp. 44, sect. 3, v. *Quarto dicitur. Laym.*, lib. 5, tr. 4, cap. 2, num. 4. — ^{e)} Tract. 4, cap. 4, n. 16, 17 et 19. — *Bened. XIV*, constit. *Etsi pastoralis*, § 6, n. 10.

ap. Labbe, inter acta concilii Florentini tom. 18, col. 526 et 1183.

b) Habetur, non in decreto ad Armenos, sed in decreto *Unionis Graecorum*; apud Labbe, loc. cit.

c) Leo XIII, sua constitutione *Orientalium dignitas*, de die 30 Novemb. 1894, haec de eadem re statuit: « Ubi desit proprii ritus sacerdos cui patriarcha orientalis mandet spirituali suorum administrationem, ibi eorum curam suscipiat parochus alieni ritus, qui easdem atque ipsi species, azymum vel fermentatum, ad consecrandum adhibeat; antefatur qui eas adhibeat ritu orientali. — Fidelibus autem sit facultas communicandi utrovis ritu, non eis tantummodo locis ubi nulla ecclesia nec sacerdos sui proprii ritus habeatur...; verum etiam ubi propter longinquitatem ec-

Sed ser-
vantus ri-
tus pro-
prius.

et sic e converso^{a)}. — Ita Suarez¹, Conti. Tournely², Holzmann³, Sporer⁴; et Salmant.⁵ cum Sanchez, Bonacina, etc. communiter.

Dubium est, quando *Latinus transit per Graeciam* (vel contra).

Censem Ledesma^{b)} apud Salmant.^{b)}, celebrandum in fermentato. E contrario, Vasquez⁶, Concina⁷ et Aversa⁸ dicunt teneri celebrare in azymo. — Caeterum communiter et probabilissime Natalis Alexander⁹, Antoine^{c)}, Suarez, Tournely, et omnes alii mox citati docent Latinum tunc posse celebrare sive in fermentato sive in azymo. In fermentato, juxta doctrinam D. Augustini¹⁰, ubi sic ait: *Nec disciplina ulla est... melior gravi prudentie christiano, quam ut eo modo agat quo agere viderit Ecclesiam ad quam forte devenerit.* Potest etiam celebrare in azymo: tum quia, etsi bene facit qui morem regionis ubi reperitur sequitur, ad id tamen non tenetur, ut advertunt Suarez¹¹ et Glossa¹²; tum quia Leo Papa¹³ monet (uti refert Suarez), ut unusquisque juxta

Consecrat
in azymo
vel in fer-
mentato.

Si non ad-
sit ecclesia
latina:

^{a)} Disp. 44, sect. 3, v. *Illiud vero.* — ^{b)} De Euch., cap. 3, art. 1, concl. 2. — ^{c)} De Euch., n. 242. — ^{d)} Part. 2, cap. 3, n. 149. — ^{e)} Tr. 4, cap. 4, n. 21. — ^{f)} Sanc., de Matr., lib. 3, disp. 18, n. 20. — ^{g)} Bonac., Legib., disp. 1, qu. 1, punct. 6, n. 68. — ^{h)} In 3 P., disp. 174, cap. 3, n. 28. — ⁱ⁾ De Euch., cap. 3, n. 18. — ^{j)} Qu. 2, de Euch., sect. 4. — ^{k)} De Euch., cap. 1, art. 3, reg. 12. — ^{l)} Suar., loc. cit. — ^{m)} Contin. Tourn., de Euchar., cap. 3, art. 1, concl. 2. — ⁿ⁾ Lib. seu epist. 54, ad inquisitiones Januar., cap. 2, n. 2; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 33, col. 200. — ^{o)} Disp. 44, sect. 3, v. *Illiud vero.* — ^{p)} In can. *Quae contra*, dist. 8. — ^{q)} S. Leo IX, epist. ad Mich. Caerular. cap. 29; ap. Labbe, tom. 11, col. 1336; et

clesiae suae, non eam possint, nisi cum gravi incommodo adire: de quo Ordinarii esto iudicium».

203. — a) Casu scilicet quo in dicta ecclesia proprii ritus celebret, ut dicunt Suarez, Conti. Tournely, Sporer.

b) Salmant., loc. cit., n. 20, citant Martinum de Ledesma pro sententia docente sacerdotem graecum, qui per ecclesiam latinam transiret, teneri ad celebrandum in azymo. At Ledesma, in 1^a 4ⁱ, qu. 15, art. 4, dub. 2, § *Sequitur ex dictis*, scribit: « Presbytero latino in ecclesia graeca non licet conficere in azymo, nec graeco in ecclesia latina in fermentato, quia jam reputantur illius ecclesiae».

c) Antoine, de Euch., cap. 1, qu. 2, v. *Nota*, citat multos autores docentes posse Latinum per Graeciam transeuntem celebrare in fermentato, et e converso. Eosque non reprobat,

sue Ecclesiae ritum celebrare sinatur, etiamsi in alieno solo versetur.

Dubitatur 2^o. *An in casu necessitatis, ad praebendum viaticum infirmo, possit sacerdos latinus consecrare in fermentato?*

Affirmant Major^{d)} et Tanner^{d)}, apud Renzi^{d)}. Quia, ut dicunt, praeceptum dividinum suscipiendo viaticum praevalere debet praeceptum humano celebrandi in azymo. — Sed negat communis et probabilior sententia: quam tenent Navarrus^{e)}, [Contin.] Tournely¹⁴, Antoine¹⁵; Suarez¹⁶ cum Soto, Gabriele, Ledesma, Victoria; item Diana¹⁷, Croix¹⁸; Renzi¹⁹ cum Palao, Laymann, Tamburinio et Bonacina. Ratio, quia in hoc casu praferenda est reverentia erga tantum sacramentum utilitati proximi, cui tale sacramentum non est simpliciter necessarium.

204. — Secluso autem scandalo, est tantum veniale sine rationabili causa consecrare hostiam fractam vel maculata, nisi fractura vel macula esset enormis: tunc enim esset mortale; ut Croix²⁰ cum

Ad via-
ticum in-
firma-
dandum:

Latinus
probabilis
nequit con-
secrare fer-
mentatum.

Quid de
hostia fra-
cta vel ma-
culata.

.

Migne, Patrol. lat., tom. 148, col. 764. — *Suar.*, loc. cit. — ¹⁴ De Euch., cap. 3, art. 1, concl. 2. — ¹⁵ Part. 2, cap. 3, n. 149. — ¹⁶ Tr. 4, cap. 4, n. 21. — ¹⁷ Sanc., de Matr., lib. 3, disp. 18, n. 20. — ¹⁸ Bonac., Legib., disp. 1, qu. 1, punct. 6, n. 68. — ¹⁹ In 3 P., disp. 174, cap. 3, n. 28. — ²⁰ De Euch., cap. 3, art. 1, concl. 2. — ²¹ Lib. seu epist. 54, ad inquisitiones Januar., cap. 2, n. 2; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 33, col. 200. — ²² Disp. 44, sect. 3, v. *Illiud vero.* — ²³ S. Leo IX, epist. ad Mich. Caerular. cap. 29; ap. Labbe, tom. 11, col. 1336; et

immo videtur eos approbare, in quantum limitat hanc sententiam ad casum, quo non invenirentur in iis locis ecclesiae proprii ritus in quibus celebrent; si vero reperiantur, in iis tenetur unusquisque servare ritum propriae ecclesiae.

^{d)} Renzi ita sane (ex Vidal), de Euch., cap. 1, qu. 4, auctores istos allegat; sed ipsi non sine haesitatione id asserunt. — « Forte satius est, ait Major, in 4, dist. 9, qu. 3, v. *Quinto*, tale frustum [fermentati panis] consecrare ». — Et Tanner, tom. 4, disp. 5, qu. 2, n. 134, negativam tutiorem appellat; sed « affirmativa, inquit, non ausus damnare secluso scandalo et perturbatione ».

^{e)} Navarrus, Man., cap. 21, n. 53, alium affert casum, quem auctores passim simul et eodem modo solvunt ac praesentem: negat scilicet sacerdotem non jejenum posse celebrare ad viaticum moribundo ministrandum.

Quarto et Pasqualigo^{a)}. — Si tamen fractura deprehendatur post oblationem, licet talis hostia consecrabitur, nisi scandalum populi timeatur. Croix¹ cum Gobat.

205. — « Resp. II^o. Ex praecepto Ecclesiae, panis consecrandus debet esse figura orbiculari (in Ecclesia latina) et integra. — Duxi latina: quia Graeci quadratam adhibent; et in particulis triangularem, ut habet Arcudius^{a)}.

« Licere etiam in hostia minore, qualis datur laicis (quando alia haberi non possunt, et scandalum abest), celebrare pri- vatum, immo si causa urgeat, etiam publice die festo, docet Marchant^a, Diana^a, et Tamburinius^{b)} et Aversa^{b)}: eo quod nullum sit praeceptum, neque constet de consuetudine obligante sub praecpte ». [Id admittit Tamburinius^a, etiam causa devotionis; et consentiunt

^{a)} Quarti, Rubr. Missal., part. 3, tit. 10, n. 9, dub. 1. — ¹ Lib. 6, part. 1, n. 432. — Gobat, tr. 3, n. 881 (edit. Monach., num. 832). — ^{a)} Resolut. pastor., de Euch., cap. 5, qu. 3, v. Sexto. — ^{b)} Part. 5, tr. 13, resol. 80; et part. 6, tr. 7, resol. 17. — ^{c)} Method. celebrand. Miss., lib. 2, cap. 8, § 8, n. 16. — ^{d)} Tr. 18, qu. 1, de Euch., cap. 2, qu. 6, resp. 3. —

Roncaglia⁵ cum Quarto^{c)}; et Elbel⁶ cum Gobat, si absit scandalum: quod potest praecaveri monendo populum. Immo addit Roncaglia quod teneretur sacerdos in hostia minori consecrare, si dandum esset viaticum infirmo]. « Quo casu, elevare adorandam majorem ab alio praecone- secratam, licere vult idem Tamburi- nius⁷; contra Marchant et Diana^{a)}.

« Non licet autem parvam sumere, et majorem relinquere, (v. gr. ad exponen- dam in hierotheca), nisi ipse eadem Missa etiam istam consecraverit; quia debet communicare de suo sacrificio. Tam- burinius⁸. — Quare male facit paro- chus, qui renovaturus Eucharistiam, ho- stiam ab alio consecratam ipse sumit, et a se consecratam reponit in sacrario vel hierotheca. Tamburinius⁹, card. de Lugo¹⁰.

⁵ Confer. 11, de Institut. Euch., num. 15. — Gobat, tr. 3, num. 47. — Roncagl., de Euch., cap. 2, qu. 6, resp. 3. — ⁷ Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 8, § 8, num. 22. — Jacob. Marchant. Resolut. pastor., de Euch., cap. 5, qu. 3, i. f. — ⁸ Loc. cit., num. 17 et 18. — ⁹ Loc. cit., num. 19. — ¹⁰ De Euch., disp. 19, num. 76, v. Denique.

204. — ^{a)} Pasqualigo, de Sacrif. Miss., qu. 220, dicit hostias ex consuetudine esse figurae orbicularis, candidas, absque macula et cum imagine crucifixi; et rubricam requiri ut fractae non sint. Et Pasqualigo negat mutationem harum conditionum esse mortalem, « supposito quod non succedant aliae, quae sint contra reverentiam debitam; nam tunc si consurgeret gravis irreverentia, esset peccatum mortale; veniale autem, si irreverentia esset levis ».

205. — ^{a)} Arcudius, in Concord., lib. 3, de Euch., cap. 38, dicit sacerdotes graecos in sacrificio consecrare hostias quadrangulares, et addit: « Graeci consecrant alias quoque particulas... in honorem Deiparae, Sanctorum, pro-

vivis, pro vita functis, quae propter parvam quantitatem, neque rotundam, neque quadratam figuram praeseferunt, sed potius triangularem ».

^{b)} Tamburinius, Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 8, § 8, n. 16, non loquitur de die festo. — Aversa vero, qu. 11, de Sacrif. Miss., sect. 12, expresse dicit posse fieri ex sola devotione ».

^{c)} Quarti, in Quaest. prooemial., sect. 5, punct. 4, dub. 3, in universum dicit conditio- nes esse solum sub veniali requisitas, quia non constat de praecepto adeo rigoroso.

^{d)} Diana, part. 5, tr. 13, resol. 96, citat simpliciter Jacobum Marchant, quem nec probat nec reprobatur.

Celebrans sumat ho- stiam in ipsa Missa consecra- tam.

Solum vi- num vitis, materia apta.

Quaedam materiae in- validae.

DUBIUM IV.

Quale vinum sit materia Eucharistiae.

206. Quale vinum non est materia apta: 1. Sicera, etc. 2. Agresta. 3. Acetum. 4. Uvae. 5. Mustum decoctum. — 207. Quale est materia valida, sed illicita: 1. Mustum. 2. Vinum permixtum. 3. An acescens (vide infra, Qu. 1). 4. An congelatum (vide infra, Qu. 2). — 208. An sub praecepto gravi aqua miscenda est vino. Et qualis aqua, et in quam quantitate. Et an mixtio facienda in calice. — 209. An aqua mixta vino immediate convertatur in Sanguinem. — 210. Quanam quantitas aquae immiscenda in calice. Quid, si Sanguis cadat super altare, linteum aut corporale, etc.

206. — « Resp. I^o. Solum vinum vitis; ut docet fides, et definitum est in Floren- tino.

« Unde resolves:

« Non est materia apta ad validam consecrationem:

« 1^o. Sicera, et quicumque liquor ex moris, malogranatis, etc., sive dicatur vi- num sive non.

« 2^o. Agresta sive omphacium, id est succus ex uvis immaturis expressus: quia non est vinum, sed in via ad vi- num, cuius naturam nondum induit; habetque se sicut massa cruda respectu panis. Laymann¹. — Succum tamen ex uvis passis expressum, consecrabilem esse putat Franciscus Amicus^{a)} apud Diana^{b)}; eo quod verum sit vinum.

« 3^o. Acetum, quod est vinum substan- tialiter corruptum. Ibid.^{c)}. — Quod si post sumptionem (immo etiam ante eam, post consecrationem calicis) dubium incidat fueritne acetum an vinum, esse praesu- mendum quod fuerit vinum docet Tam- burinius^{d)}. [Sed vide mox dicenda in subsequenti Adnotatione].

Concil. Florent., decret. ad Armenos, § Tertium est; ap. Labbe, tom. 18, col. 548. — ¹ Lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 5 et 6. — ² Part. 7, tr. 12, resol. 8. — ³ Laym., lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 5 et 6. — ⁴ Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 8,

206. — ^{a)} Amicus, tom. 7, disp. 16, n. 34, hanc opinionem tenet; sed eam his verbis limitat: « Secus, si ob nimiam siccitatem, opus esset ad exprimendum humorem nimia copia aquae, quia tunc amitteret rationem communis et usualis vini ». Quam limitationem notat ipse Diana. — Et de hac materia S. C. S. O., die 7 Maii 1879, declaravit: « licere » celebrare cum uvis passis, « dummodo liquor extrahe- dus a zibibo vel uvis passis, ex colore, odore et gusto dignoscatur esse verum vinum ». Quod jam declaratum erat die 22 Julii 1706.

^{b)} De hac re S. C. S. O., die 4 Maii 1887, declaravit, ad vini corruptionis periculum eva-

« 4^o. Uvae, seu vinum intra uvas con- tentum, vel imbibitum in offa panis.

« Tum quia non tam est potus quam ci- bus; tum quia succus ille non dicitur proprium vinum donec sit expressus; tum quia in eo statu non satis ad sensum demonstratur per formam. — Card. de

Lugo^e, Laymann, etc.

« 5^o. Sapa seu defrutum, id est mustum ad dimidiad seu tertiam partem decoctum. Quia non est amplius vinum nec potus, sed cibus^f. — Bonacina^g.

« 6^o. Lora, id est aqua expressis aci- nis superfusa. — Filiuccius^h, card. de Lugoⁱ.

Adverte quae de his habentur in ru- brica Missalis^k: Si vinum sit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de uvis acerbis seu non maturis expres- sum, vel ei admixtum tantum aquae, ut vinum sit corruptum, non conficitur sa- cramentum. — Notandum autem quod vi- num de uvis acerbis tunc est ineptum, quando nullum habet speciem vini; ut do- cet D. Thomas^j, ubi ait: Agresta est in via generationis, et ideo nondum habet

§ 5, n. 6. — ⁵ De Euch., disp. 4, n. 11 et 12. — Laym., lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 5. — ⁶ Qu. 2, punct. 2, num. 3. — ⁷ Loc. cit., num. 9. — ⁸ Tit. de Defectib., iv, 1. — ⁹ S. P., qu. 74, art. 5, ad 3.

dendum, posse vinum ebulliri usque ad sex- ginta quinque altitudinis gradus. Dummodo tamen decoctio hujusmodi (si de musto agatur) fermentationem alcoholicam haud excludat, ipsaque fermentatio naturaliter obtineri possit, et de facto obtineatur, juxta idem S. O., die 5 Augusti 1896.

^{c)} Filiuccius, tr. 4, n. 87, v. Quinto, id habet de lora stricte sumpta, addens: « Si tam- men pars aquae admiseretur, et ex uvis ex- pressis multum etiam substantiae vini confer- retur in hujusmodi mixtum, posset esse apta materia. In dubio tamen esset peccatum grave in eo consecrare ».

speciem vini; et propter hoc de ea non potest confici hoc sacramentum.

Quoad *vinum autem acetum*, si post consecrationem sacerdos prudenter dubitat an *vinum fuerit verum acetum*; dicunt Tamburinius¹ et Sporer², cui adhaerent Busenbaum (ut supra) et Mazzotta³, iudicandum fuisse materiam aptam. Tum quia possessio stat pro substantia vini; tum quia non est turbandum sacrificium sine certo fundamento.

Verumtamen Lacroix⁴, Pasqualigo⁵ et Aversa⁶ recte censem supplendam esse consecrationem illam, ne sacrificium relinquatur in periculo non integratatis, contra paeceptum faciendi sacrificium integrum. — Debiles autem sunt rationes oppositae. Quomodo enim possessio potest esse pro vino, quando dubitatur an tempore consecrationis vinum fuerit vel ne? Ex alia vice, ad discernendum an vere facta fuerit consecratio, hic non praesumptio, sed rei veritas attendenda est. Sacramentum autem non est quidem turbandum sine certo fundamento; sed dicimus jam certum exsistere fundamentum sive obligationem integrandi sacrificium, quando certum est dubium de consecratione peracta. — Puto tamen non esse aliud vinum certum rursus consecrandum absolute; quia tunc idem urgeret periculum faciendi secundum sacrificium mutilatum, si forte prior materia fuerit vere apta. Dico igitur hanc secundam consecrationem fieri debere sub conditione, nempe si prior materia non fuerit consecrata;

¹ Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 8, § 5, num. 6. — ² Part. 2, cap. 3, n. 157. — ³ Tr. 5, disp. 4, qu. 1, cap. 2, § 2, v. *Tertio*. — ⁴ Lib. 6, part. 2, n. 535. — ⁵ De Sacrific. Miss., qu. 301, n. 6 et 8. — ⁶ Qu. 11, sect. 16, v. *Secundo*.

Sed sub conditione.

periculum enim non relinquendi sacrificium mutilatum, justa erit causa repetendi consecrationem sub praedicta conditione.

207. — 2°. *Valida* quidem consecratio, « sed *illicita* est:

« 1°. In musto ». [In quo valide consecratur; ut ex communi, Salmant.⁷ cum Palao, Lugo, etc.]. — « Quia non est vi- « num simpliciter, sed impurum, habens « admixtas faeces non consecrabiles. Ideo- « que obstat paeceptum Ecclesiae, obli- « gans secundum Suarez⁸ sub mortali, « saltem extra necessitatem, qualis esset « defectus vini veteris; et secundum quos- « dam, etiam devotio populi: quo modo « multi excusant (contra Suarez), quod in « quibusdam locis primitiae uvarum in ca- « lice exprimantur. — Vide Bonacina⁹.

« 2°. In vino liquoribus aliis vel aro- « matibus ita modice permixto, ut natu- « ram vini retineat. — Si vero permixtio « sit immodica, erit materia dubia¹⁰.

« 3°. In vino acescente; quia adhuc « est vinum, sicut panis mucidus est pa- « nis ». — [Vide infra, *Quaer. 1*].

« 4°. Probabilius etiam in vino conge- « lato (etsi a quibusdam propter negan- « tium auctoritatem dicatur esse materia « dubia). Tum quia adhuc retinet substanciam et denominationem vini, estque natura sua potable; tum quia Christus sub « eo ante consecrato manet. Card. de Lu- « go¹¹. — Nec refert 1) quod aqua conge- « lata non sit materia Baptismi; quia hic « essentialiter consistit in ablutione, Eu- « charistia vero non in sumptione. Nec

⁷ Tr. 4, cap. 4, n. 30. — ⁸ Palau, tr. 21, punct. 4, n. 7. — ⁹ Lugo, de Euch., disp. 4, n. 9. — ¹⁰ Suar., disp. 45, sect. 1, v. *Tertio*. — ¹¹ Disp. 4, de Euch., qu. 2, punct. 2, n. 3. — ¹² De Euch., disp. 4, n. 13.

Quaedam materiae validae, sed illicitae.

idem vinum in Missae sacrificio adhibetur ». — Atvero, responsum istud tamquam norma generalis haberi nequit. Plures enim alias, nempe diebus 30 Julii 1890, 25 Junii 1891, 5 Augusti 1896, eadem S. C. paecepit ut « quantitas addita, cum ea quam vinum de quo agitur naturaliter continet, haud excedat proportionem duodecim pro centum ». Item, die 15 Aprilis 1891, negavit posse addi decem pro centum in quibusdam Hispanis vinis quae naturaliter duodecim pro centum continent. In responso autem praesenti, agitur de vinis Hispanis quae, ut erat assertum, « naturaliter plus minusve ad quindecim vis alcoholicae gra-

« refert 2) quod non sit proxime potabile; « quia est per accidens, et facile tolli po- « test: estque par ratio in pane indurato. « Non est autem idem in liquore nondum « ex uvis expresso, cum non sit vinum « simpliciter et per se, ac natura sua non « sit potabilis, sed comestibilis: quod vino « congelato non convenit; alioqui enim « jejunium frangeret. Bonacina¹³. — [Vide infra, *Quaer. 2*].

« Peccat tamen qui in congelato con- « secrat. Ideoque, si hyeme congelavit « calix, calore manuum aut halitus, aliove « modo solvendus est. — Filiuccius¹⁴, « Laymann¹⁵.

« 3°. *Valida* et *licita* est consecratio « in vino, sive albo sive rubro, etsi etiam « specie physica differant: cum utrumque « habeatur et sit simpliciter vinum de « vite. — Bonacina¹⁶, card. de Lugo¹⁷.

Quaeritur 1°. *An peccet mortaliter sa- cerdos qui consecrat in vino acescente?*

Dicunt Salmant.¹⁸; Palau¹⁹ cum Su-arez²⁰, Victoria²¹, Vasquez²², Laymann²³, et Coninck²⁴; ac Bonacina²⁵ cum aliis tunc peccare mortaliter, quando vinum est proximum aceti naturae, ita ut dubi- tetur an qualitates vini jam amiserit.

Veneror auctoritatem tantorum docto- rum. Sed nescio quomodo haec opinio su- stineri possit; cum expresse aduersetur rubricae²⁶, ubi sic dicitur: *Si vinum coe- perit acescere vel corrumpi, vel fuerit ali- quantum acre, vel mustum de uvis tunc expressum, vel non fuerit admixta aqua,*

¹² De Euch., disp. 4, qu. 2, punct. 2, n. 10. — ¹³ Lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 6. — ¹⁴ Qu. 2, punct. 2, n. 2. — ¹⁵ Disp. 4, n. 18. — ¹⁶ Tr. 4, cap. 4, n. 26. — ¹⁷ Tr. 21, punct. 4, n. 9. — ¹⁸ Loc. cit., n. 5. — ¹⁹ Tit. de Defectib., iv, 2. — ²⁰ 3 P., qu. 74, art. 5, ad 2. — ²¹ Notif. 77, n. 2. — ²² Part. 3, tit. 4, rubr. 2, Nov. Observ., n. 4. — ²³ Quarti, part. 3, tit. 4, dub. 12.

dus pertingunt ». Ex quibus omnino patet, quantitatem spiritus quae possit addi, non unam esse pro quibuslibet vini speciebus; sed eam omnino pendere a conditionibus quae jam vino inesse deprehendantur.

c) Filiuccius, tract. 4, cap. 3, num. 87, v. f., dicit vinum congelatum esse materiam sufficientem, « non tamen extra necessitatem debere in eo consecrari ». Et paulo inferius: « Non est conveniens, nisi in necessitate, propter dubium et actualem impotabilitatem ».

*d) Suarez, disp. 45, sect. 1, v. *Quarto*, dicit « grave peccatum interdum [posse]... esse, in eo confidere, pro ratione dubii vel irrever- entiae ».*

vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alte- rius distillationis, conficitur sacra- mentum; sed conficiens graviter peccat. — Rubrica igitur damnat de mortali, non solum qui adhibet vinum aceto proximum, sed etiam vinum quod cooperit acescere,

vel fuerit aliquantum acre. — Verum hoc principium acrimoniae, sive acescentiae, intelligendum est juxta id quod docet S. Thomas²⁷: *Potest tamen confici (sacrifi- cium) de vino acescente, sicut et de pane qui est in via ad corruptionem; licet pec- cet conficiens.* Itaque in vino acescenti di- versi considerandi sunt gradus, alii extra, alii intra viam corruptionis. Hinc rubrica, juxta S. Thomam, intelligi debet, quando vinum vel panis jam ingressus est corrup- tionis limites, ita ut ad principium acri- moniae jam accesserit, id est se già sia arrivato ad esser colla punta, ut loquitur card. Lambertini²⁸. Dicit praeterea idem Lambertini²⁹, citans Meratum³⁰ cum Quarti: *Si urgeat necessitas celebrandi, seu non possit sacerdos absque nota omit- tere sacram (ut inter regulares contingit, qui secundum regulam celebrare tenentur), non est in eorum potestate aliud vinum habere, non peccant subdit eo vino uten- tes... Et quamvis talis vino uti sit contra reverentiam sacrificii; ea tamen irrever- entia non imputatur celebranti, sed superi- ori vel ministro, qui est causa volun- taria illius.* — *2°. Praeterea quando vi- num est ita proximum aceto, ut dubitetur an amiserit naturam vini, consecratio erit*

²⁷ Loc. cit., n. 5. — ²⁸ Tit. de Defectib., iv, 2. — ²⁹ 3 P., qu. 74, art. 5, ad 2. — ³⁰ Notif. 77, n. 2. — ³¹ Part. 3, tit. 4, rubr. 2, Nov. Observ., n. 4. — ³² Quarti, part. 3, tit. 4, dub. 12.

e) Victoria, Sum., de Euch., n. 59; Vas-quez, disp. 175, cap. 2; Laymann, loc. cit., n. 5, v. f., de validitate tantum tractant; unde non satis accurate a Palao allegantur. — Vas-quez tamen addit: « Quamvis ab eo abstinen- dum sit, quod fieri potest ».

f) Coninck, de Sacram., qu. 74, n. 122, « Peccat, inquit, ita consecrans [in vino ace- scente]..., quia indecens est in tali sacramento materia quae incipit corrumpi, praesertim quando esset notabiliter acidum; secus esset, quando non esset notabiliter acidum, et esset aliqua necessitas tali vino utendi ».

g) Lambertini, Notif. 77, n. 2, haec utique habet quoad substantiam, sed verba hic citata sunt verba Merati.

quidem dubia. At in rubrica hujusmodi consecratio habetur pro certa; cum ibi dicatur *conficitur sacramentum*.

Ergo juxta rubricam, et juxta sententiam quam tenent alii auctores, prout Abelly¹ et Mazzotta², omnino dicendum esse mortale consecrare in vino acescenti, non solum quando est materia dubia; sed etiam quando est certe valida, at reputatur illicita ob irreverentiam sacramenti. — Neque huic dissentit Suarez, citatus ab adversariis pro sua sententia; cum dicat posse in hoc graviter peccari *ratione dubii vel irreverentiae*. Et expresse id docet D. Thomas³, ubi ait: *Potest... confici (sacramentum) de vino acescenti, sicut et de pane, qui est in via ad corruptionem; licet peccet conficiens*.

Limitatio.

Probabiliter tamen dicunt Gobat⁴, Sporer⁵ et Croix⁶, quod deficiente alio vino, liceat sine scrupulo (prout solent viri probi) adhibere vinum tantum parum acescens, sive non notabiliter acidum. — Adduntque Sporer et Mazzotta⁷ quod, urgente gravi necessitate, licitum esset uti vino adhuc notabiliter acescente, modo sit certe vinum.

Quaeritur 2º. *An vinum congelatum sit materia valida?* — Adsunt tres sententiae:

Prima sententia negat: quam tenent Lessius⁸, Concina⁹; item Armilla¹⁰, Ledesma, Alanus, Henriquez¹¹, etc., apud Renzi¹²; et probabilem putant Salmant.¹³, — *Ratio*, ut dicunt, quia, sicut panis consecrandus debet esse aptus ad comedie-

Vinum congelatum, juxta alios materia invala.

¹ De Euch., sect. 3, n. 4. — ² Tr. 5, disp. 4, qu. 1, cap. 2, § 2, v. *Tertio*. — *Suar.*, disp. 45, sect. 1, v. *Quarto*. — ³ P., qu. 74, art. 5, ad 2. — ⁴ Tr. 3, n. 54. — ⁵ Part. 2, cap. 3, n. 157. — ⁶ Lib. 6, part. 2, n. 546. — *Spor.*, loc. cit., n. 157. — ⁷ In 3 P., qu. 74, art. 5, v. f. — ⁸ De Euch., cap. 4, n. 7. — *Mart. de Ledesm.*, 1^a 4, qu. 15, art. 5, dub. 1. — *Gutiem. Alanus*, de Euch., lib. 1, cap. 11. — ⁹ De Euch., cap. 1, qu. 35. — ¹⁰ Tr. 4, cap. 4, n. 32 et 33. — ¹¹ Tr. 14, dist. 4,

nem, sic vinum ad potum; vinum autem congelatum non est potui idoneum.

Secunda tamen sententia verior affirmat. Et hanc tenent Sporer¹⁴, Salmant.¹⁵, Anacleto¹⁶; Renzi¹⁷ cum Pontio¹⁸, Pasqualigo, Tamburinio, Leandro, etc.; et probabiliorem putat Holzmann¹⁹, Suarez²⁰. — Ratio, quia vinum congelatum, quamvis actu non sit potabile, est tamen potabile de sua natura, sicut est comestibilis panis durus. Idque clare probatur ex rubrica Missalis²¹, ubi S. Pius V sic statuit: *Si in hyeme Sanguis congeletur in calice, involvatur calix pannis calefactis, etc., donec liquefiat*. Ergo supponit Pontifex per congelationem minime corrumphi species vini: alias ibi desineret esse Sanguis Christi. Vinum enim, cum semel suam amisit naturam, non potest amplius eam reacquirere; nam ex vulgari philosophorum axiomate, *a privatione ad habitum non datur regressus*. Ergo vinum congelatum est verum vinum. — Huic ratione nescio quomodo responderi possit.

Tertia vero sententia, quam tenent Palau²², Contin. Tournely²³ et Salmant.²⁴, docet esse materiam dubiam, cum prima sententia non careat omni probabilitate.

Caeterum ego censeo nulli licitum esse consecrare in vino congelato, saltem propter reverentiam erga tantum sacramentum. — Sed si vinum fuerit congelatum, et postea liquefiat, valde probable videatur cum Suarez, Salmant. et Coninck²⁵, licite posse fieri in eo consecrationem. —

¹² Loc. cit. — ¹³ Pasqual., Sacra mor. doctr., disp. 91, sect. 4, num. 26. — ¹⁴ Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 8, § 8, n. 11. — ¹⁵ Leand., tr. 7, disp. 8, qu. 36. — ¹⁶ De Euch., n. 247. — ¹⁷ Disp. 45, sect. 1, v. f., v. *Unde 3º*. — ¹⁸ Tit. de Defectib., x, 11. — ¹⁹ Tr. 21, punct. 4, n. 8. — ²⁰ De Euch., cap. 3, art. 2, sect. 1, concl. 1, v. *Sed quid*. — ²¹ Tr. 4, cap. 4, n. 34. — *Suar.*, disp. 45, sect. 1, v. *Et ex hoc*. — *Salmant.*, tr. 4, cap. 4, n. 35.

¹² Mazzotta, tr. 5, disp. 4, qu. 1, cap. 2, § 2, v. *Tertio*, de vino acescente in universum loquitur.

¹³ Armilla, v. Eucharistia, n. 19; Henriquez, lib. 8, cap. 12, n. 3, dicunt « forte » esse invalidam materiam.

¹⁴ Salmant., tr. 4, cap. 4, n. 34, opinio nem hanc « utcumque » probabilem putant.

¹⁵ Sporer, loc. cit., n. 159, scribit: « Valida est ergo materia consecrationis vinum

Verius, materia valida.

Aqua vino miscenda ex paecepto gravi.

Juxta alios, materia dubia.

Valida, sed illicita.

Aqua naturalis et modicissima.

At casu quo sacerdos illicite consecras set vinum congelatum, tenendum est pro vere consecrato, nec ille liceat posset alterum vinum consecrare; quia puto primam sententiam nulla pollere solida probabilitate.

208. — *Resp. IIº*. Vino consecrando debet, non ex necessitate sacramenti, sed ex gravis paecepti, sub mortali obligantis secundum card. de Lugo²⁶, misceri aqua. [Cum Catechismo Romano²⁷]. — Idque caeremonialiter et in ordine ad sacrificium. Est certum, ut constat ex Tridentino²⁸. [Et prius paecriptum fuit in can. 2, de consecr. dist. 2].

Utrum vero hoc paeceptum sit etiam divinum? Affirmant Valentia, Granda, etc.; negant Suarez et Vasquez. Ultra que est probabilis.

An autem aqua ista immediate convertatur in Sanguinem neque disputant scholastici. Vide Coninck vel Praepositorum hic, card. de Lugo²⁹. — [Vide mox dicenda n. 209].

Unde resolves:

1º. Si mixtio haec omittatur, valida tamen est consecratio, etsi illicita mortaliter. — Ita omnes communiter.

2º. Miscenda est aqua naturalis, ea que modicissima (ut habet Florentinum), una scilicet vel altera gutta; ita tamen ut sit sensibilis, et saltem non excedat tertiam partem vini: alioquin in reddet materiam dubiam. Bonacina³⁰ ex S. Tho-

²⁶ Part. 2, cap. 4, de Euch., num. 16 (al. num. 17). —

²⁷ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 7 et can. 9. — *Valent.*, in 3^o Part., disp. 6, qu. 2, punct. 1. — *Gran.*, in 3 P., controv. 6, de Euch., tr. 2, disp. 3, n. 9. — *Suar.*, disp. 45, sect. 2, concl. 3. — *Vasq.*, disp. 177, cap. 2. — *Coninck*, qu. 74, art. 8, a. n. 143. — *Praepos.*, qu. 74, art. 8, dub. unic. —

²⁸ Part. 2, cap. 4, de Euch., disp. 4, n. 18, dicit esse de paecepti necessitate.

²⁹ Bonacina, disp. 4, de Euch., qu. 2, punct. 4, num. 4: « Sufficit, inquit, quaelibet guttula sensibilis ». — Et S. Thomas, quem hic citat Bonacina, ait in 3 P., qu. 74, art. 8: « Semper tutius est parum de aqua apponere ». — Coninck autem, quaest. 74, n. 140 et 141, communem mensuram esse ait, ut ad minimum octies vel decies plus vini adsit.

³⁰ S. Thomas, qu. 74, art. 7, ad 3, validam quidem consecrationem fore ait, sed peccatum esse. — Molanus autem, Theol. pract.

« ma^b », Coninck^b, etc. — [Vide dicenda n. 210].

Qui autem misceret rosaceam vel aliam artificiale, etsi in necessitate, etsi valide consecraret, peccaret tamen mortaliter. S. Thomas^c, Molanus^c, Diana^d; quia ageret contra paeceptum et consuetudinem Ecclesiae in re gravi. — [Est commune cum Salmant. e)].

Quam ob causam, etiam mortale censet Fagundez^e, Persicus, etc., miscere calidam. — Quod tamen aliis quibusdam nimis durum videtur, apud Diana^f: ubi addit ipse, si in frigidissima regione consuetudo id habeat, ne forte vinum congelascat, posse sine ullo peccato fieri f).

3º. Mixtio illa facienda est, non in dolio vel ampulla, aliove vase, sed in ipso calice; neque domi, sed in ipso sacro, ut fit communiter, vel ante Offer torium, vel certe immediate ante sacramentum, ut fit apud quosdam. Idque vel ab ipso sacerdote, ut in Missa privata; vel a subdiacono, ut in solemni: neque enim sufficit, si capo illud diluerit. Bonacina^g. — [Cum S. Thoma^h; quia, ut ait, aqua permixta in dolio non sufficeret ad significationem hujus sacramenti].

4º. Si mixtio haec sit omissa, id que notetur ante consecrationem calicis, adhuc facienda est; secus, si post. — Bonacina⁸.

³¹ De Euchar., disp. 4, sect. 3, 4 et 5. — *Concil. Florent.*, decret. ad Armenos, § *Tertium est*; ap. Labbe, tom. 18, col. 548. — ³² De 3º Praec. Eccl., lib. 2, cap. 4, num. 14. — *Persic.*, de primo Offic. sacerd., lib. 1, cap. 18, dub. 7, n. 55. — ³³ Part. 6, tr. 7, resol. 18. — ³⁴ Disp. 4, qu. 2, punct. 4, n. 4. — ³⁵ Qu. 74, art. 8, ad 3. — ³⁶ Loc. cit., n. 6.

³⁷ compend., tr. 4, cap. 7, n. 39, scribit tantum: « Non potest tamen aqua rosacea pro naturali misceri ». At n. 41 dicit admisionem aquae « ad mysterium tantum et ad paeceptum... necessitatim pertinere ».

³⁸ Diana vult esse mortale. Quod autem hic additur a Busenbaum, de necessitatibus casu, Diana id referit ex Persico, quem nec probat nec reprobat. Vide Diana, part. 6, tr. 7, resol. 18, qu. 3.

³⁹ Salmant., tr. 4, cap. 4, n. 68, dicunt quidem esse mortale, nihil tamen de casu necessitatis habent.

⁴⁰ Idemque habet Persicus, loc. cit.

Mixtio facienda in calice et ad altare.

« 5°. Praeceptum hoc mixtionis non extenditur ad illam, quae fit post communionem, ad ablationem oris et digerit. — Vide de his Missale Romanum; item Bonacina¹, Laymann². »

209. - Quaeritur 1°. *An aqua vino permixta convertatur in Sanguinem Christi; et an immediate?*

Non est quidem de fide aquam in Sanguinem converti. Tantum enim Innocentius III dixit in cap. *Cum Marthae, de cel. miss.*, probabiliorem esse sententiam affirmativam: quae revera hodie est communis inter theologos; ut omnes docent cum S. Thoma³, qui ait opinionem oppositam subsistere non posse.

Circa modum autem conversionis: alii dixerunt quod, sicut vinum convertitur in Sanguinem, ita aqua convertitur in aquam quae fluxit e latere Christi. — Sed idem S. Doctor⁴ ait: *Nec hoc rationabiliter dici potest; quia secundum hoc aqua seorsim consecraretur a vino, sicut vinum a pane.*

Alii vero, ut idem S. Thomas⁵, Scotus⁶, Gonet⁷, Frassen⁸, et communissime thomistae et scotistae, cum Catechismo Romano⁹, dicunt aquam immediate converti in vinum, et mediate in Sanguinem Christi. Ratio, quia non convertitur in Sanguinem, nisi materia consecrabilis: quae tantum est vinum de vite, ex conciliis Florentino et Tridentino. Unde aqua non potest converti in Sanguinem, nisi prius convertatur in vinum. — Nec obstante dicunt rubricam Missalis, quae jubet ut, si ex oblatione non sit aqua immissa in calicem, apponatur statim ante consecrationem: quo casu videtur non posse tam cito fieri conversio aquae in vinum; et tunc adesset periculum idolo-

Missal. Rom., Rubric. vii, n. 4; de Defectib., iv, n. 1, 2 et 7; Ritus celebr., x, n. 5. — ¹ Qu. 2, punct. 4, n. 1. — ² Lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 7. — ³ P. qu. 74, art. 8, corp. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ In 4, dist. 11, qu. 7, n. 2. — ⁶ Man., tr. 4, de Euch., cap. 2, v. *Circa hanc*. — ⁷ Tom. 11, tr. 2, disp. 1, art. 1, sect. 2, qu. 3, concl. 2, v. *Potes*. — ⁸ De Euch., n. 17. — *Florent.*, decret. ad Armenos, § *Tertium est*; ap. Labbe, tom. 18, col. 548. — *Trident.*, sess. 18, de Euch. Sacram., cap. 1 et 4, et can. 2. — ¹⁰ De Euch., qu. 4,

latriae, quia adoraretur materia non consecrata. Nam respondent tunc adorari contentum substantiale, quod per calicem repraesentatur, id est Sanguinem Christi; non autem caetera, quae per calicem non demonstrantur: prout non quidem adoratur musca quae casu in calicem cecidisset.

Alli tamen, ut Tournely¹⁰ et ejus Continuator¹¹, Laymann¹², Toletus¹³; Hugo¹⁴ cum Praeposito; Renzi¹⁵ cum Alano¹⁶, Baronio ac Coninck (et probabile putat Anacletus¹⁷), sentiunt aquam immediate transire in Sanguinem Christi. — Et probant 1°. Auctoritate Patrum, qui dicunt ex vino et aqua fieri Sanguinem. Sic enim ait S. Hieronymus: *Formans Sanguinem suum in calicem ex vino et aqua mixtum.* S. Ambrosius: *Vinum et aqua in calicem mittitur, sed fit Sanguis consecratione.* Alios Patres videre potes apud Hugo¹⁸. — Probant 2° Ratione: quia juxta recentiores physicos negatur transmutatio elementorum, eo quod ipsa arte chimica bene possunt separari (ut diximus de Baptismo n. 104, Dub. 1, v. Secunda). — Et huic opinioni favere ajunt Innocentium in dict. cap. *Cum Marthae*; cum Pontifex ibi dicat probabilius esse, *aquam cum vino in Sanguinem transmutari*. Non dicit aquam conversam in vinum, sed *aquam cum vino*; ergo ante consecrationem aqua remanet aqua. — Nec obstat dicunt quod non possit converti in Sanguinem alia materia quam vinum. Respondent enim quod vinum mixtum cum modica aqua fit verum vinum usuale; unde fit tota materia consecrabilis: sicut si in pane triticeo miscetur modicum alterius frumenti, tota materia consecratur: ut dictum est n. 201, et docet D. Thomas¹⁹, quia (ut ait) *modica*

art. 7, concl. 2. — ¹⁰ De Euch., cap. 8, art. 2, sect. 2, concl. 7; — ¹¹ Lib. 5, tr. 4, cap. 2, num. 9. — ¹² De Euch., disp. 4, n. 45. — *Praepos.*, qu. 74, art. 8, n. 58. — ¹⁴ De Euch., cap. 1, qu. 39. — *Baron.*, Annal. eccles., ad an. 1188, n. 29. — *Coninck*, qu. 74, num. 144. — ¹⁵ Tr. 14, dist. 4, num. 34. — *S. Hieron.*, Comment. in Marc., cap. 14; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 30, col. 632. — *S. Ambros.*, de Sacram., lib. 4, cap. 4, n. 19; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 16, col. 442. — ¹⁶ De Euchar., disp. 4, n. 48. — ¹⁷ Qu. 74, art. 3, ad 3.

¹⁰ a) Toletus, lib. 2, cap. 25, n. 3, ait vino miscendam esse aquam, «quae simul est materia, sive conversa sit in vinum, sive non».

Probabilitas aquae convertitur in Sanguinem Christi.

Probabilitas aquae sufficit, dummodo sensibilis.

Opiniones de majori quantitate.

permixtio non solvit speciem. Idem ergo dicendum de aqua mixta vino.

Utraque sententia est satis probabilis.

210. - Quaeritur 2°. *Quaenam quantitas aquae sit in calice immiscenda?*

Habert¹ dicit non esse probandos sacerdotes qui unam aquae guttulam infundunt. — Sed hoc sine scrupulo fieri posse censem Bonacina², Wigandt³, Anacletus⁴. Et pro certo id habet Suarez⁵, ex decreto Eugenii IV, qui dixit: *(Vino) ante consecrationem aqua modicissima admiseri debet;* et ex D. Thoma⁶, ubi ait non requiri ut quantitas aquae sit magna, sed sufficere ut sit sensibilis.

E converso, Laymann⁷, Palaus⁸ et Diana⁹ probabilius dicunt sine scrupulo posse immitti aquam usque ad octavam partem; et Hugo¹⁰, Viva¹¹, ac Croix¹² cum Gobat¹³, contra Bernal, usque ad quintam partem. — Quia (ut ajunt) nullum vinum adeo debile creditur, ut tam modica aqua corrumpatur.

Immo Busenbaum (ut supra) et Sporer¹⁴ putant sufficere ut aqua non exceedat tertiam partem. Idque videtur pro-

bri ex cap. *Pernicosus* 13, de cel. miss., ubi Honorius III tantum praescribit: *Plus (in calice)... de vino quam de aqua ponendum.* Et in concilio Triburiensi (apud Contin. Tournely¹⁵) sic dictum fuit: *Duae partes sint vini, ... tercia aquae.* — Verumtamen in praxi Escobar¹⁶, Viva¹⁷ et Palaus¹⁸ hanc opinionem tertiae partis non admittunt: nisi, ut dicunt Escobar¹⁹ et Palaus²⁰, vinum sit generosum.

Hic autem notandum id quod habetur in rubrica²¹: *Si per negligentiam aliquid de Sanguine Christi ceciderit, si quidem super terram seu super tabulam, lingua lambatur, et locus ipse radatur quantum satis est, et abrasio comburatur; cinis vero in sacrarium recondatur. Si vero super lapidem altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillam, et locus bene abluitur, et ablutio in sacrarium projiciatur. Si super linteum altaris, et ad aliud linteum stilla pervenerit; si usque ad tertium, linteamina ter abluantur... calice supposito; et aqua ablutionis in sacrario projiciatur.* Et idem ibi dicitur, si Sanguis cadat super corporale, vestes aut tapetum.

Quid, si Sanguis Christi ceciderit.

DUBIUM V.

Quae Conditiones ad Materiae Consecrationem requirantur.

211. *Ad validam consecrationem requiritur I. Ut materia sit moraliter et sensibiliter praesens.* — 212. *Hinc valide consecrantur hostiae in ciborio clausae, vel in tenebris, etc.* — 213. *Invalide tamen consecratur 1. Materia post tergum aut parietem.* 2. *Materia remota.* 3. *Materia valde modica.* — 214. *Requiritur II. Ut materia sit certa et determinata.* — 215. *An consecretur hostia inscio sacerdote. Et an guttae vini separatae.* — 216. *Valida est consecratio: 1. Si sacerdos determinet quoquo modo.* 2. *Si putet hostias esse minoris numeri.* 3. *Si, postquam intenderit eas consecrare, de eis obliscatur.* — 217. *Quid, si ciborum ex oblatione relinquatur extra corporale.* — 4. *Si hostiae deferantur post oblationem.* — 218. *Quae requirantur ad licitam consecrationem.* — 219. *Quibus casibus peccet celebrans in consecrando.*

211. - « Resp. I°. Ad validam consecrationem requiruntur duae conditiones: *Prima* est, ut materia sacerdoti conservanti moraliter et sensibiliter sit praesens.

« sens. Ita communiter; et est certum. — « Ratio petitur tum ex institutione Christi et verbis formae *Hoc* et *Hic*, quae non verificantur, cum sint demonstratae.

¹ De Euch., part. 1, cap. 7, qu. 2. — ² Disp. 4, qu. 2, punct. 4, n. 4. — ³ Tr. 14, dist. 4, n. 32. — ⁴ Disp. 45, sect. 3, v. Secundo. — *Eugen.* IV, decret. ad Armen., § *Tertium est*; ap. Labbe, tom. 18, col. 548. — ⁵ Qu. 74, art. 8, ad 1. — ⁶ De Euch., cap. 3, art. 2, sect. 1, concl. 2, v. *Quaeres.* R. ad 2. — ⁷ Lib. 20, de Euch., n. 208. — ⁸ Part. 3, tr. 4, resol. 49. — ⁹ De Euch., disp. 4, n. 38. — ¹⁰ De Euch.,

¹ Mater. moraliter et sensibiliter praesens.

210. - a) Wigandt, tr. 12, exam. 2, n. 9: Modica debet esse aqua, inquit, «nimur una et altera gutta sensibiliter admista».

b) Gobat, tr. 3, n. 62, ita habet de vino mediocri; si vero optimum fuerit vinum,

posse etiam quartam partem misceri; quin etiam (n. 61) tertiam partem alicui certo vino perrobusto.

c) Escobar et Palaus, locis cit., hanc exceptionem perspicue innuunt, dicentes Tribu-